



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 12. Farnesius Cardinalis a Papa revocatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI.
A.C. 1546.
atque Aliprando Madrutio demandavit, qui cum suis Equitibus, peditumque legione prima noctis vigilia foederatos obruerent. Ast consilio per Protestantium exploratores detecto res successu caruit, solusque Lanoyus ac Barbanfornius posteriorem castrorum partem, ubi minus munita erant, aggressi, plures trucidarunt, multosque secum captos abduxerunt.

§. XII.

Farnesius Cardinalis a Papa revocatus.

Belcar l. 24.
num 24.
De Thou hist.
lib. 2.
Post hæc Cæsar, cum ejus exercitus non modo pabuli atque aënonæ inopia, sed etiam grassante lue plurimum depasceret, die trigesima prima Octobris ad pristina sua prope Lauingam castra reversus est, ibidemque Cardinalis Farnesius a Papa revocatus Cæsarem valere jussit, Romam rediturus: Cæsar vero per viginti duos dies in suis castris haud procul a Lauingana urbe substitit, ut suis fractas vires reficiendi spatium indulgeret. Ex horum otio Foederati Cæsarem hyberna petiturum sibi persuadebant, nec sua eos fefellit opinio; quapropter suæ fortitudinis fiducia inflati ad urbes sibi foedere junctas perscripserunt, quod sibi admodum prosperos belli
suc-

successus promitterent, dummodo prom-
 ptis pecuniarum subsidiis adjuvarentur,
 quibus ad alendos suos milites, atque
 ad occasionem sponte oblatam feliciter
 captandam summopere indigerent.

Sæcul. XVI.
 A. C. 1546.

§. XIII.

*Inaugurationis diploma in Saxonie
 Electoratum Mauritio a Cæsa-
 re datum.*

Interea Carolus Imperator, proscriptis
 Saxonie Electore ac Hassiæ Landgra-
 vio, Mauritio Joannis Friderici Patrue-
 li, quamvis & ipse Lutheri secta inte-
 ctus esset, inaugurationis diploma in
 Saxonie Electoratum concedere consti-
 tuit, arreptoque hoc consilio die prima
 Augusti Henricum de Rosa, qui Cæsa-
 ri ab epistolis erat, ad Mauritium ab-
 legavit, eidemque deferendam tradi-
 dit quamdam declarationem Cæsaris
 chirographo munitam, quæ rationes
 complectebatur, quibus Imperator com-
 pulsus Joannem Fridericum ejus avun-
 culum Imperio proscriberet, Mauritium
 autem in Saxonie Electorem inaugura-
 ret: huic vero in mandatis dedit, ut
 conductis, quas posset, copiis, concessi
 Imperii possessionem acciperet: Porro ut
 Imperator eo efficacius cunctis obviaret
 obstaculis, Romanorum Regem eo in-
 duxit,

B 5

duxit,